

www.e-rara.ch

Historia Hebreorum

Sabellicus, Marcus Antonius

[Basileae], 1515

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1793>

Liber primus historiae Hebraeorum de eius gentis patribus, et patriarchis

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DIVINA MAIESTAS SENIS DIEBVS VNI-
VERSVM MVNDVM, ET QVAE IL-
LO CONTINENTVR, EST MI-
RIFICE OPERATA.

Caput I



COELVM ET HANC VNIVERSI FACIEM, CUI AB ORNA-
tu & eleganti forma mundū appellari contigit; solem, lunam, et omnia
quae super infraque terram coeli teguntur circūflexu, veri singularisque dei
id opus esse, cum veteres prophetae tradunt, viri a quibus stultum sit et
impium dissentire, Tum paucorum vanitate exclusa, ipse humani generis
praedicat consensus. Constans hominum opinio est, & fides ab initio recepta, quod aeterna
illa maiestas rerum omnium opifex senis diebus, quos Moses diserte posuit operata. Pri-
mum lucem a tenebris discreuit, quum iam rudis adesset materia, eademque informis, quam
deus a principio parauerat. Fuitque haec omnium prima lux, quae mundo affulsit, Nox
illi continuo iuncta est. Coelum inde in sublimi constitutum, idque firmamentum appel-
latum. Tertio deinceps die terra stabilita humorque terrae circūfusus. Sol quarta luce, lu-
na, & stellae mundo emicuerunt. Harum paucave maiora illa lumina, certis errant spa-
cijs. Caetera multitudo, quae porro immensa est, varie lateque diffusa, pene innumeras re-
rum & animalium perscribit effigies. Mox volucres & omnia natanitia duobus sunt ele-
mentis data, postremo reptantia, & ipsum quadrupedum genus attributum est terrae, &
cum his nobilissimum animal homo, qui vnus coelestem mentem sortitus, quia ex rubentis
terrae vena fieri contigisset, Adami nomen postea ex ea retulit, mulier, Eua nuncupata,
quae ex huius latere ineffabili virtute deprompta est. Atque ipsum humani generis prin-
cipium tale fuit.

Primi parentes lege dei opificis sui oberrantes, paradiso
expulsi varijs erumnis vitam egerunt.

Caput. II

IN amoenissima terrae parte constituti fluminibus quaque versum irrigua (locus
a viridanti facie/hilarique aspectu paradisi graia est voce appellatus) Primo bea-
tissimam vitam agere, malorum omnium expertem, terra sua sponte ferente omnia. Caeterum lege
aberrantes, quia qua fuerat eis arbore interdictum non abstinuissent, amoenissimo incola
tu, sedeque illa beatiore pulsi, solum flebiliter vertere. Cohibita deinceps tellus quum ni-
hil vltro ferret amplius, per sudorem & erumnam vitam agitare. Subiit inde morbus, ten-
tareque coeperunt frigora & aestus insaeta corpora, quae vitae incommoda protinus adeum
da oraculum praedixerat, si minus diuinae legi paruissent.

Primi parricidij vltio/ Atque Caine progeniei incrementum

Caput. III

AINUS primo ex his genitus, secundo dein loco. Abel, Pietatis hic cultor, con-
temptor ille, hic pastor, ille agricola; hic mero lacte litat, ille frugum primitias
offert, nec oblatiis perficit. Parit aemulatio (ut solet) odium. Id maiorem fratrem armat
in alterius perniciem. Incautum excipit, exceptum subita vi perimit, ex scelere scelus oritur, com-
umacia ex culpa fraternae cadis reus e coelo postulat ubi esset Abel, nihil sibi cum

A

*Sanctus vniuersi
Mundus vni*

*Chaos indige-
stum*

*Nobilissimum
at homo
longi generis a progenie*

*paradysus
graia voce
appellatus*

*Dicit Hieronymus
paradysum
ab suo proprio nomine
omnes quibus est in
interpretati fuerunt*

*Abraham amicus
Abraham i. i. i. i.*

Abele esse respōdit, cui neq; comes datus esset, neq; custos. Hanc hoīs intemperie iudex ille summus & vindex detestatus, extorē patrio solo deiecit, delecto fore cōminatur vt ipse sceleris auctor, & oīs cū eo posteritas in septimam progeniē per varia vitæ supplicia expiaturi essent Abelis sanguinē. Ceterę tantū abfuit, vt poenali ille exilio in melius vitā mutauerit, vt aurare etiam et superbe inter suos postea vixerit, nec etiam sine ambitiōe, quantū id vitii mūdo adhuc recenti in eo mortalium coetu, qui sub eo fuit/potuit eminere. Enoch huius filius Iradem genuit, ex Irade fœcunda orta est soboles, ac late gens in nepotes propagata, vt ex vno Lameche, qui fuit Iradis nepos, promiscuæ stirpis septuaginta & amplius sint liberi procreati. Nec tam numerosa progenies ab auctoris sui ingenio multū abijt diuersa. Ex malis fere mali procreant. Pluribus itaq; vnus vestigia secutis, adeo nequitia inoluit, vt quicquid iam inde sceleris tulit vita vsq; ad diluuium vni genti acceptum referat humana pietas.

Musica & ærariæ artis inuētores. Duæ columnæ mūdā danæ consummationis indices. Caput. III

E Verunt in tam longa serie phama illustres Tubal & Tubalchan, hic ærariæ artis inuētor, ille musica. Græci scriptores & Romani græcos secuti mysterij huius ignari, vtramq; inuentionis laudem in alios conferunt, Sanctior reliqua Adami soboles. Vixit ille annos noningētos & amplius, multiq; interim præter eos quorū mentio facta est, sunt filij ex eo orti, quorū iustissim⁹ Seth, quū disciplinam a patribus p manus acceptā posteris incorreptā reliquisset/auctor fuit, vt q longo iā inde sunt ordine secuti in antiqua pietate pmanerint, Ab eodē pgnati rerū celestium ratio/nem primi mortaliū indagasse tradunt, duęq; ab his colūne diuersa materia cōstitutę, lateritia vna, altera lapidea, in quibus totū de consummatione mūdi arcanū exciperint, dubiū litteris an animalium cæterarūq; rerū figuris, quas postea sit Aegyptus imitata, Persuasum (quod satis cōstat) habuerūt fore aliquñ vt nunc humor, nūc ignis, oīa esset vi sua consumpturus, qd' mysteriū vt ad posteros maneret/diuersa est materia in columnis quæsita, vt alterutra fuisset clades secuta, latericia vi ignea, lapidea aquis resisteret, atq; vtra par iniuriæ fuisset, rem omnem posteritati traderet.

Cathaclysmus futurus Noe prædicatur, arcęq; fabre faciendæ formulam accipit. Caput. V

Ox vero adolescente mūdo, quum iam terra frequētius coleretur, quo maior humanarum gentiū vis erat, eo magis vicia inualefcere, vitæq; in peius labi. Iniuriā p innocētiā haberi coepta est, p pietate numinis cōtēpt⁹. Postremo eo p licētiā & libidinē processit scelus, vt vix Noe mortaliū vnus sit repertus cui iusticia curæ esset. Is humani generis scelera castigare adortus, quum nihil pia prædicatione proficeret/essetq; res non procul ab iniuriā, vbi parum tutam fore credidit innocentia in media nequitia cōstitutā, cum tota domo e medio discessit, tum vero neq; modus neq; modestia fuit amplius peccandi, omniq; pudore sublato abijt gens oīs in omne nefas, donec profligata ex omni parte vita, diuinā mētem subijt cura, omnium hominū vna clade extinguendi. Noe dumtaxat vna cum tota domo quia in antiqua pietate perstaret/seruato, vt esset per quem genus humanū posset ex integro reparari. Hunc itaq; deus superne affatus, breui futurum cōmonet, vt immēsa vis cathaclysmi

Cainus / Similitudo
malorum

Tubal & Tubalcan.

SETH.

Columnæ DVÆ

Mysterium
Litterarum

DECAVATIO MDL

Empedocle

DE PATRIBVS ET PATRIARCHIS

II

omnē terrā operiret inundatione, iret, sibiq; & suis ingentē moliret arcā, quā ex omnibus volucris, & ijs animantibus quæ terrā incolunt, marem cum fœmina sedulo conderet, vt esset rerū oīm velut paratū ad instaurationem seminarium. Paruit oraculo pientissimus senex, nauigioq; ad id apte fabricato, cætera rite comparat. Fuitq; id multorum annorum opus. Patuit in longum moles cubita centū quinquaginta, Latitudo quinos habuit pedes & quadragenos.

Diluuij generalis effectus, Gigantū tūc in terris habitatio.

Caput. VI

Recentiore inde monitu instructus Noe appropinquare diluuij tempus, cum vxore liberis & nepotibus arcā ingressus est. Quadráginta deinceps dies tanta vis aquarū celo deiecta est, vt nō ima solū loca sed ipsa q̄q; altissimorū montiū cacumina quindécim cubitis transcēderit inundatio. Atq; ita contigit, vt vna clade oīa quētum in terris aīalia fuere (præter pauca quæ mystica nauis tuebat) sint cum volucris extincta, & cū his gigantes, qui super terrā faciē ea tempestate fuisse dicuntur. Id tum diuinæ litteræ tradunt, tum Ethnici scriptores quidam, & in his Plutarcus Cheroneus, qui Gabinū secutus, Anthei sepulchrum scribit in Mauritania a Sertorio dirutū, ossaq; in eo cōditorio portentose magnitudinis reperta, ipsum rei miraculū fecisse, vt iniecta religiōe eiusdē imperatoris iussu sit moles Herois manib; instaurata. Plinius auctor est, in Creta insula quodā ibi monte (dubiū occulto motu terræ an vetustate) conuulso, cadauer sex & quadraginta cubitorum repēte extitisse, quod Orionis fuisse quidā crediderunt, alij Etionis. Astipulant veteri opinioni Orestis ossa Tegeæ in Archadia (vt Herodotus ait) oraculo refossa, quæ & ipsa portentose magnitudinis. Narrabat ad hæc mihi hospes quidā me? homo haud vulgari fide diuq; in terra graciaversat, paucis ante annis q̄ hæc cōmentaremur, in Creta insula ea parte qua ad meridiē obuerfa est, operarios quosdā indigenas immanis arborū truncos ad naualem fabricā radicit; molientes, inhumanum caput dolij instar incidisse. Idq; imperiti hoīes quū temere attrectassent, cōfestim putri vetustate solutum in puluerē abiisse. Cæterū dentes stupendæ magnitudinis ad insulæ magistratus delatos rei fidē fecisse, quorum vnus Venetijs hodie in præuata domo pro miraculo viseretur. Fuit oīs terra sub aquis quinos circiter menses, estq; arca in Cordico Armeniæ monte (vt Berosus prodidit) fluctibus destituta. Vnde aliquot post atates finitimi locorum accolæ bitumen, quo fuit illa oblita, ad expiationes quasdā sibi petere soliti sint.

Diluuij decrementa, temporis eius rei supputatio

Caput. VII

Oruus auis, quū iā diluuij decrementa sentirent, cœpisset ne terra adhuc vsq; existere, prior est ex arca ad explorandū missus, haud quidē rediturus, sicubi tutus cōsistere potuisset. Eoq; nō redeūte, deinceps colūba mittit, hæc præpeti volatu haud multo post, oliuē furculū habens ad arcā reuerfa est, eoq; argumēto latatus Noe sensit terrā remittēte diluuiū, iā dudū in emerfu esse, Atq; ita ad cordicē iuga delatus, cū tota domo nauis est egressus, Ipse postea loc; ab re egressorij nomē tulit, & Noe Lamechis fili; hoc maxime mō est diluuij seruat. Fuitq; hic ann; Cathaclysmo insignis (vt Aurelio Augustino placet) sexagesimussæcūdus supra ducentessimum ac bis millesimū ab orbe cōdito. Subtrahit hūic numero Eusebius annos viginti. Hebræorum supputatio (vt vterq; auctor scribit) mille dumtaxat annos & quingentos quinq;

A ij

Cathaclysmus
ARCA NOE

Inundatio

Mystica
Sertorio
Anthei sepulchrum

Cadaver
Orionis

Orestis ossa

Caput humanum
ad meridiem

Dentes magni

Vbi arca se demisit

Coruus ex arca missus

Noe egreditur arcam

Anno a mōdo ad diluuium
Euseb. 2242.
Heb. 1556.

*Autographo de di-
luuio.*

quaginta sex a prothoplasto ad diluuiū colligit. Quod si ab eius interitu sumit principium/haud multū ab ijs discrepat, q̄s in historia sequimur. Meminerūt huius humane cladis p̄ter Mosē & Berosum/ cuius nuper mētio facta est, Manasseas Damascēnsis Hieronymus Aegyptius/ & alij plariq; rerum scriptores/ meminit & Plinius in naturali historia qnī Ioppem Phoeniciæ oppidū in Samariæ ora terrarū diluuiū antiquiorē rem prodidit, neq; enim recentioris illius, quod circa Arcadiā sub Ogyge factum memorant vllus ad ea loca peruenisse videri potest sensus.

Vitis inuentor primus.

Ebrietas Noë

superstitio.

Aegyptios superstitio.

Noe primus vitē coluit, Chamī calamitosum exilium deorum primum commentum, siderum cultus. Caput. VIII.

Oluit inde terrā Noe iā senior factus, primusq; mortalium vitis vsum ostēdit/ quo cōtigīt vt insueto vini haustu ebrius factus, parum caute in apto iacuerit. Eū iacentē Chamus cōspicatus (fuit is vnus ex trib⁹ filijs, qui cū Noe diluuiū superfuērāt) fratres ad spectaculum accēssit, ridiculū vt ipse tum fortassis interpretatus est, ceterum impiū ac filio nefariū. Illi vbi ad patris conspectū venere, pudore simul & pietate adducti, subito velaminis iniectū iacentis verēda operiunt. Quæ posteaq; senex ebrietate experrectus facta esse cognouit, Chamū diris execrationib⁹ infectatus/ vt impiū abdicat. Consedit ille profugus cum vxore et liberis in ea parte Arabiæ, quæ ab ipsius noīe postea nomen sortita est. Hinc tenebræ illæ ortæ creduntur, illa summi veriq; dei ignoratio, quæ omnis terras execrandis errorū ambagibus implicuit. Hinc hominē auctoris sui prima cōpīt obliuio. Porroq; alienatus multis deinceps sæculis fuit in malorū dæmonū mancipio. Neq; Chamus vllum sacrorum ritum posteris tradidit, nullū eū a patre acceperat. Quæ res effecit vt quū procedēte tēpore alij post alios ex ea terra velut in colonias missi, diuersa mūdi loca tenuissent (creuit enim supra modū abdicata soboles) in errores incidērēt inextricabiles. Qui ī Aegyptū primo trās-
iūere, quū aperto cœlo agētes noctu sydera intuerent, cœlestiū luminū motū pulchritudinēq; mirati, quæ eo intentius ab illis seruabant, quo sereniores fiunt in ea terra q̄ alibi tēpestates. Solē & lunā, velut certū illis inesset numē, pro dijs colere cōeperūt. Isidē hanc, illū Osirim noīantes. Neq; sunt his diuersa q̄ Græci scriptores de prima eius gentis religione memorāt, nisi q̄ eorū quidā Aegyptios mortaliū vetustissimos prodidere, ignari scilicet profectiois huius, & ob eā rem indigenas fuisse ratī qui ab initio eam terrā tenuerūt, quū aduenæ illi haud dubie fuerint, atq; ex arabia vt Hebraicæ vetustatis auctor Iosephus scribit egressi. Id multo verius tradit q̄ q̄ Græcorū quidā non minus inepte q̄ impie prodiderūt hominem ibi foetifica tellure, vt cætera aīalia a principio ortū. Sed sic certe oportuit, vt veritate semel amissa nō pauci existerent, qui stulte multa asserere auderēt. Quiq; temere assertis, aliquanto stultius accederēt. Inde eo pcessit humana temeritas/ vt ignē/ aera/ mare/ terrāq; cæterasq; mundi partes, quæ ad rerū pcreatiōes attinēt, velut suū oībus inesset numē, diuinitatibus nominibus cōsecrauerit, hinc vitalis spiritus Iuppis dictus, ignis Vulcanus, Pallas æther, tellus Ceres, aliaq; alijs noībus. Postremo tantū sibi hominū furor indulsit, vt mortaliū quibusdā/ quia mortales cōsilio/ opib⁹/ vtilibus inuētis, doctrina excoluissent/ diuinos honores decernere nō dubitauerint, atq; eos p̄sertim/ quia ea noīa tulere, quæ & veteres illi/ quos vetustas ab initio cū sole & luna cōsecrauerat/ Hinc Idæus Iuppis/ Ceres/ Vulca-

nus/Isis/Osiris/& cū his recentiores/qui sunt in deorū numerū relati/Appollo/Mars/Cupido/Mercuri⁹/& alij ab illis pcreati. Sed q̄ stulte humanæ gētes cōfinxerint sibi hæc/aut ficta receperint,potest ex eo facile itelligi/q̄ infandos amores/stupra/cædes/adulteria/furta/aliaq; flagitia corū/quos cœlo intulerūt/cerimonijs inseruere/tanq̄ p̄ scelus & nequitia ad superos iretur. His semel malis posteritas imbuta vsq; ad humanæ salutis annos/pacē/bella/inducias/foedera/omnia sacra & pphana malorū dæmonum imperio habuit obnoxia. Nec tenebræ illæ rerū tantū ex Aegypto pfectæ, sed quasq; a principio terras tenuerūt a Chamo pcreati/veræ pietatis ignoratio simul & infanda seruit⁹ cœpit. Caterū nulla vnq; tellus pluriū fuit coloniarū mater/q̄ Arabiæ pars illa/quā Chamus paterna domo pfugus insedit. Tantā humano generi cladē intempestiuū vnus attulit exiliū.

Gens hebræorum vnde nomen sortita sit, Et cur græci iudaicā historiā nō scripserint.

Caput. IX

Contra Semī & Iaphetis prognati, legitime a maiorib⁹ instituti, modicis finib⁹ cōtenti, haud tam late vt illi sunt p̄ oēs terras euagati. Quo accidit vt veritatis studiū, pietas dico & veri dei cultus, apud vnā dūtaxat gentē, ad Messia vsq; tempora in occulto fuerit. Ab Habraamo Isaachi patre gens nomē sortita est, atq; Habraei primo dicti, mox & iudei a iuda Israelis filio Habraami pronepote. Aurelius Augustinus (a quo dissentire pudeat) ab Hebero, qui ex Noe atnepotibus vnus fuit, Heberos primo, mox Hebræos noīatos auctor est. Horū res gestæ & si nō adeo magnificæ sūt & amplæ, vt vno veri dei cultu adēpto, sint vsq; adeo memorabiles, haud tamē ita tenues reperiunt, vt a peregrinis scriptorib⁹ temere præteriri debuerint. Iosephus auctor est, Demetriū phalareū apud philadelphū alexandriæ regē plarissq; audientib⁹ quādoq; affirmare ausū, nō licuisse græcis hoībus hebraicā historiā attingere, quin illustriū scriptorū quosdā eā rem tractare ausos, aduersa mētis valitudine, & languore corporis, tā diu cōflictatos, donec ab incepto destituisent, tanq̄ id arcanū prophanis esset gētib⁹, manifesta ira numinis, interdictū, sed siue hoc fuerit, siue rei ignoratio, quæ nō adeo in multos vulgata esset, Græci & Rhomani scriptores p̄tinaciter ab omni sacrae hui⁹ historiæ relatione abstinerūt, vt de industria videant silentio rē tantā p̄terisse, quippe quā sociorū populariū aures (ob ea quæ de dijs a maiorib⁹ acceperūt) sine offensa audire nō potuissent, fuisset hæc tractatibus vel inuitis veritas expressa, quod illi nō mō nō fecerūt, sed si quis etiā scribēdarū rerū serie tractus, in iudaicæ religionis, quæ vna tū in terris vera fuit, mentionē incidit, eā vt vanā, & in qua nihil præter nubila colerent, sit arguere conatus. Verū quo quo mō res obmissa est, nō pauca memoratu digna, a vetustissimis eius gētis regib⁹ gesta reperiūtur multa & ab ipsis ducib⁹, quibus pace & bello postea vsi sunt, quæ nō sine odiū & ambiōis suspicionē videri possunt ab alijs prætermissa.

Cur Noe & alijs ab initio tam longa vita cōtigerit.

Caput. X.

Noe igitur noningentos & quinquaginta natus annos vita decessit. Scio ego tam longo hominis æuo historiæ fidē abrogari, si quis ad hanc vitā, quæ hodie viuūt, respexerit, Sed fide nō parua opus est ad diuina opa credēda. Q̄ nō video quid magis ineptū fieri possit, q̄ cœlū & oīa quæ cœlo cōtinent, mira & in-

A iij

LIBER PRIMVS DE PATRIBVS

CAUSA LONGVITV-
tis Noë alioq.

De l'Espe d'oda l'Espe
uitate.

effabili ratiōe adeo cōdita affirmare, hominē aīal nobilissimū, rationis, cōlestiūq; re-
rū capax, quid sūmus ille vniuersi auctor e terra suscitari, non potuisse, aut si potuit,
nō debuisse q; diutissime in vita retineri, præsertim mūdo adhuc recēti, quū in tāta so-
litudine, hūano genere aucto ī primis opus esset. Et si sub ipsū mūdi exordiū coelo &
elemētis minus noxijs, lōgior (vt quidam suspicātur) potuit hominī vita cōtingere,
quid ī hac senescētis sæculi fece euentre nō possit. Adijciūt qui sacrā scribūt historiā,
aliā adhuc causam, q; idcirco tā lōga sit vita hominī a principio data, vt is simul mul-
tos pcrearet, cōmodiusq; op̄era naturæ longa exploraret experiētia, diligentiusq; ex-
plorata posteris traderet, quod eorū plariq; fecisse existimant. Sed vtcūq; res accipien-
da est. Berofus, Hellanic⁹, & alij vetustissimi rerū scriptores, longissima hæc humanæ
vitæ spacia, p cōfessis tradidisse dicūtur. Astipulat huic fidei, q; in apto hoc rerū decli-
nio, Macrobij, Aethyopes, Seres, et Hiperborei cētenis quadragenis annis viuere cre-
duntur. Pandoræq; gens indicā ducentis, vt Gnīdius Ctesias prodidit. Sed de his plu-
ribus fortasse q; opus fuit.

Irriti Nemrothi conatus in altissima turri statuēda Colonia ex
Noe pronepotibus/plurium gentium origo. Caput. XI

NEMROTHI edificat
turrim.

Locvs

Posteri Noë

Nunc ad ea stilus reuertit, quæ post diluuiū in vtraq; gente vsq; ad Habraami
tempora euenerūt, nam is in Assyriæ regni primordia pene incidit, vnde suū
ethnica historia hauriet principiū. Memorabilis igit cathaclysmi clades, re-
cenſq; memoria, diu mortales tenuit in mōtibus. Postea vero q; ad ima est descēsum,
quid cūctātius factū credere par est, quū nō multū ijs locis se adhuc crederēt, retit ne
ipsi, aut qui post se nascerētur, eandē vim, q; & maiores sui experientur. Nemrothus
Chami nepos vir facinorosus, multūq; auitæ temeritatis referēs, turrim eminentissi-
mam est adificare adortus, vt si subita vis aquarū iterū terrā operuisset paratū haberet
cum suis pfugiū. Id proprius vero est, q; quod alij tenent, sperasse eum molis altitudi-
ne cōclū occupare. Hic rem mirā accidisse aiunt, quod diuina volūtate factū æquū sit
iudicare, quū aliquot stadia opus in arduū creuisset, numerosa illa operātium manus
quæ erigēdg molī fuerat adhibita, linguarū conuersione facta, cōtinuo dissidiū passa
est, sublato sermonis cōmertio, nō quid præcipereēt satis quisq; intelligere, neq; ob id
dicto obtemperare, atq; ab ea re nomē intermisso operi datū, vt Babel, quæ vox apud
Caldeos cōfusio est, iam inde sit turris noīata, Quidā existimare vident, in Mesopo-
tomia id fieri cōtigisse, vt nō omnino ineptū sit credere, a memorabili illo tēpore ba-
bylonē, quæ his postea locis cōdita est fuisse nomē adeptā. Sed rei tam vetustæ diffici-
lis est cōiectura, Nemrothi (q; perspicue tradit) audacissimus conatus hunc exitum
habuit. Iosephus quē in iudaicæ historiæ relatione potissimum sequor, au ctior est, ex
Noe pnepotibus, & ex ijs q ab illis orti sunt, alios alias terrarū oras, velut in coloni-
as, pfectos, occupasse, atq; ita factū, vt non solū gentes populiq; quorū cōditores fu-
issent, ab eorū sint nominib⁹ appellati, sed plaræq; etiā vrbes inde nomē sortitæ. Cæ-
terū barbarā Græci vocē auersati, aut illā ex integro, vt idē ait imutarūt, aut magna ex
parte inuersā, vt a prisca voce multū discreparēt effecerūt. Durare tñ adhuc quādā, q;
veteri opinioni astipulent, in Phoeniciā Tyrū, Tharsum in Ciliciā, in Cypro Cithin
& alia, in quib⁹ referendis est ille maiorē in modū occupatus. Adijcit Medos, Arme-

nios, Híberas, Capadoces, Paphlagonas, Phryges, Pamphílios, Cilices, Palæstinos, Sabæos, Syros, & ad meridiem Aegyptios, Lybes, & Mauros. Quæ sane noia sint ab ipsarum gentium cōditoribus, qui idem & hebræi fuerūt & ab Noe prognati, longa nepotum vsq; ad Habraamum serie deducta.

Habraamus gentiū supstitutiones auersatus/ex mesopotamia in Chananeā/ et ex hac vrgēte fame in Aegyptū pficiscit/ vbi Sarra vxorē, sororē fingit/ quā Pharaō ademptā sibi illāsam restituit cū muneribus. Caput. XII

Abraham

Abraamus decimus a Noe fuit. Eratq; Mesopotamiæ incolā, quū impia superstitio eam q; inuasit terrā. Caterū vnde id malū sit ipsi genti illatū/ parū perspicue traditur. Habraamus agre ferens, q; & veri & singularis dei cultu neglecto, vulgo dæmonibus seruiret, sublataq; iusticia veritatis obliuio plus nimio inoluisset, palā hominū stulticiā increpare, q; veræ pietatis oblitū, sese nefariæ supstitutioni addiceret, quin tollerēt in cœlū oculos, atq; inde sibi quærerēt, cui solēnes redderent preces, cuius puidētia cœlū & oia regerent, illi preces funderet, vota facerent, hostias immolarēt, nō vanis imaginib; quas ipsi stulte fabricassent. Peperit vera prædicatio ingentē hominī inuidiam, vulgoq; vt impiū, auersari, nec pcul aberat quin in eū populariter impetus fieret. Ad quā iniuriā declinandā in eā Arabiæ partē cū vxore transijt, quæ cananea nūcupata est, hicq; ara ad tēpus extructa hostiā deo immolauit. Profectionis huius Acateus & Damascenus sua vterq; in historia meminerūt. Inuasit nec multo post eā terrā fames ingens, qd' ille malū vt ad tēpus declinaret, in Aegyptū pficiscit, terræ copiā & feracitatē secutus. Hic p magno negotio habuit cū ipsius gentis sacerdotib; congregari, vt qd illi de mūdi creatione sentiret, deq; puidētia, per ociū cognosceret, qui si vt ceteri a vero visi essent aberrare, p mutui colloqui speciem, gētile eis arcanū reuelaret, alliceretq; ad veri dei cultū & venerationē. Sarra cōiugē, quia elegātī esset forma ipsius gentis intemperie veritus, sororē assimulat. Constās phama erat Aegyptios in alienas esse fœminas intēperantissimos, Sed oim maxime Pharaonē formidare, qui p id tēpus late regnū in ea terra obtinebat. Atq; id accidit, vt eandē illā iniuriā pene acceperit, quā ab initio pviderat. Coeperat regē mala libido Sarra ad stuprū rapiendā, & iam illi totus iminebat, quū sacerdotes regi nūciant, dirā adesse pestilētiā quæ cœlesti ira orta videret, q; in animo habuisset alienigenæ mulieri stuprū inferre, deterritus ea voce Pharaō, nō solū iniuriā abstinuit, sed iusticia corā excusata, Habraamo satisfecit, identidē affirmās se psum habuisse, vt soror hospitī nō vxor adimeret. Caterū eo cōsilio fuisse eā abducturū, vt in legitimæ cōiugis postea haberet loco. Verū vbi satis cōpertū haberet mulierē ipsam thori cōsortē esse, nō sororē, nihil fore amplius, cur a se iniuriā pertimesceret, tuta vbiq; ambo bus oia futura, addit & munera non parua, & partē agri iussit peregrino hominī assignari. Augustinus author est, Sarra ab rege abductā, vt p vxore haberet, sed intactā ab eo dimissam ijs pdigijs q; sub id tps facta eēnt, exterrito, fauoreq; p hac cōciliato.

Abraham hom. iul. tina. interpret. scilicet illi inuidia, que ei est qd p fidei in Cananea

Pharaō Sarra ad stuprū rapit.

Habraamī in astrorū & Geometriæ rationibus peritiā. Caput. XIII

Quū p se Habraamus esset plarīsq; ob diuinā humanāq; rerū peritiā charissimus, breui in multā euasit celebritatē. Sūt qui scribūt astroꝝ rationē geometriq; ab eo Aegyptijs demonstratā, & si Graci scriptores & Rhomani, q

Astrologie & Geometrie inuentio.

græcorū vestigijs insistant, Geometriā in Aegypto ortā arbitrent, nec aliūde illatā, vt annua Nili alluione agrorū fines turbante, eius terræ accolæ crebra dimēsiōe artē inuenerint, Cæterū satis honestā illi erroris causā habuere, q̄ quū scirēt eā artē, primo apud Aegyptios vulgatā, pulcherrimā inuenti atq; vitæ hominū vtilissimā indigenā hominē, nō aduenā auctorē opinati sunt, pari errore sideralis sciētiae inuentū ad Zoroastrē Bactrianorū regē referētes, qui Nino regi fuit æqualis, quū ante diluuij tempora, si Iosephus verus est auctor, mortaliū quidā, ac deinceps Noe, & qui illi longo ordine successerūt in cognitione eius rei versati sint.

Sodomitani belli causa Iordanis fluuij ortus, eiusq; in Asphaltitē lacū decursus habraami facin⁹ i Assyrios & ei⁹ cū Melchisedech cōgressus. Ca. XIII

NINVS

ASSYRIOR⁹ contra
Sodomitarū regē bellū

JORDAN

Abraham Lot
vindicat

Dam⁹ ex Aegypto reuersus, eā cananæ terræ incolebat partē, in qua ex Mesopotomia pfugus iam antea cōfederat. Hoc tēporis spacio Sodomitarū reges, qui lōge inter finitimos (vt tū hominū res erāt) opibus pollebāt, ob tributū regi denegatū, aut certe aliquanto segni⁹ missū, ab Assyrijs bello petiti sunt. Fuit circa Sodomā loc⁹ (puteus erat illi nomē) mox vero subita rerū mutatiōe miraculo in his locis facta, Lacus quē a scatēti bitumine asphaltitē dixerē, repēte extitit, tū vt dixi terra erat. Hic Sodomitæ cū hoste acie cōgressi, prelioq; superati, præter eos qui oppugnādo occubuerāt, pleriq; sunt in captiuitatē abducti, & in his Loth Habraami fratre genit⁹. Colebat is circa Iordanē amnē haud pcul vrbe p̄diā, & si nō adeo magna, amœna tamē & frugifera. Est Iordanis ob Christi summi regis lauacrū ^{flumē} omniū quæ sūt hodie in terris, præcipua religione insignis, ex peneade qui casarea mōs est, duob⁹ fontib⁹ orit⁹. Ior hui⁹ nomē, Dan illi est, vt diuus Hieronym⁹ tradidit, vnde & Iordanis facta vox est. Amœnis ipse aquis, ac, si qua locorū angustia patiunt, benigne sese accolis insinuās, in Asphaltitē lacū, dirū natura, velut inuitus defluit, aquasq; ob idipsū alioqui laudatissimas amittit, pestilētibus vndis mixtus. Lacus præter bitumē nihil gignit, tauri in eo & cameli fluitare credunt. Ex q̄ phama tenet, nullū solidū corpus his vndis immergi. Inde Iordanis emerfus perq; angustam vallē aliq̄diu luctat⁹ Genesarā sacro flumine auget lacū. Cōmotus igit Sodomitarū clade Habraamus, cū trecentis ferme ex vniuersa familia lectis (stimulabat illius animū Lothis necessarij sui miserabilis casus) subito occurso hostē præda onustū, nihil minus q̄ insidias cauentem, circa alter⁹ Iordanis fontē intēpesta nocte adortus, haud magno negotio, opprimit, Hic pleriq; somno & labore pressi, pri⁹ omnino casifūt, q̄ vllus ad eos hostiū sensus peruenierit, Alij semisomnes & ad primū tumultū t̄tubātes, quū neq; arma/ neq; certam fugā expedirēt, nocturnis tenebris disiecti, quō metus quēq; aut fugæ impet⁹ detulit, diuersi abiere. Habraam⁹ victor præda & captiuis receptis cum ingēti læticia & gratulatione in valle regia, via quæ Solimas ducit, a Melchisedech viro sup nomen regiū iusticia etiā sacerdotio insigni, excipit. Occurrit eodē illi loco Sodomitarū rex, qui post mutuas gratulatiōes suis cū præda ex Habraamo receptis, alia ex hoste qua sita ob rem bene gestā fortissimā cohortē habere permisit.

Numerosa soboles Habraamo cœlesti oraculo pmissa, Circūcisionis ratio Et cuius gentis ea sit ppria, Sodomæ & circūiectarū vrbū excidiū. Ca. XV

Quoniam (ut sacrae litterae tradunt) Habraamo numerosa est soboles coelesti oraculo
 permiffa, atque ob idipsum trimulā ille deo optimo bouē, trimulā capram, arietē
 trimulū, cum turture & colūba sacrificauit. Habraamus quū multa religiōe gē-
 tilisq; pietate cōfenuiffet, effecitq; iā octogenarius, ex Agare ancilla Aegyptij generis
 filiū tulit Ismaelē, vnde Ismaelitarū genus, qui dein Agareni dicti sunt, Et ut Eusebio
 placet, ad postremū saraceni, Mox vicesimo ab hinc anno, centū iam annos Habra-
 amus ex Sara cōiuge, quae ad vltimā senectā fuerat sterilis, Isaachū genuit quē diuī-
 no monitus oraculo circūcidit. De mysterij huius ratione varia (vt video) tradunt ab
 ijs, quos sequimur. Quidē nihil prāter obscenōrū mūdiciā ea re q̄sitū existimāt. Alij
 figurā eam fuisse aiūt, sed quā ne ipsi quidē Hebraei satis intellexerint. Nō desunt q
 id insigne ob eā causam genti inditū putēt, q̄ numerosa illa pgenies coelitus Habra-
 amo pmissa, a ceteris esset gētibus discreta. Ethnici scriptores circūcidi p̄priū & ve-
 tus Aegyptiorū arbitrati sunt, quē morē Colchi & Hebraei inde oriūdi postea tenuer-
 rint. Sed tam in hoc q̄ in plarīsq; alijs decepti plura Aegyptijs tribuūt, quae gēs ipsa
 ex Habraamo (vt supra ostēdimus) accepisse videri potest, & mox lōgo interiecto tē-
 pore ex Habraamī p̄nepotib⁹, qui Israelis filij fuere. Sed eadē illi diuīnarū rerū igno-
 ratione, aut fortunae, aut Dæmonū ambagib⁹, quib⁹ tum vulgo oēs fere gētes seruie-
 bant, aut (q̄d minus minus sit inuidiosū) phisicā tribuūt ratiōi quicq̄d dei optimi, ma-
 ximi, aut iussu, aut pmissu, miraculose in hūanis accidisset, id quū ex multis alijs po-
 test percipi, tū ex eo q̄ vulgo Gracis scriptoribus p̄suasū est, sodomā & alias circūie
 ctas vrbes, quae sub id tēpus q̄ Isaachus natus est, coelesti flāma interiēre, idcirco incē-
 dio absumptas arbitrant, q̄ locorū natura cauernosa esset & sulphurea, & ob eā rē hu-
 iusmodi casibus obnoxia. Q̄q; imprudēs Strabo veritatē ^{pena} exprimit, q̄ regio sit
 ignea, multaq; inquit signa afferūt. Nam & petras asperas exutas circa Moasadas ostē-
 dunt, & multis in locis p̄ruptā terrā cinerulentā, & picis guttas ex petris distillātes.
 Flumina foetido odore efferuentia, & habitationes passim euerfas, vt ijs fidē habeāt,
 quae ab indigenis p̄dicant, q̄ in ea regione plures vrbes habitarent olim, quae Me-
 tropolis fuerit Sodoma, quae adhuc. lx. stadiorū ambitum seruet, & q̄ ex terremoti-
 bus, & ignis afflatu aquis calidis & bituminosis, & sulphureis lacus eruperint, & pe-
 tra igniferae factae, & vrbiū aliae absorptae, aliae ab ijs, qui effugere potuerūt, relictae.
 Audiuerāt Graci (quis nō videt) haec quādoq; his locis accidisse, sed diuīnorū ignari
 ea fuisse loca miraculo excisa percipere nō potuerūt. Quod nisi in tenebris errauis-
 sent, vel ex eo quod dicā miraclo factū credere potuissent, qd nemo prius tale aliqd
 aut postea terris ipsis accidisse, quod sciā, tradidit. Ceterū si locorū natura esset in cau-
 sa, emicuisset in teruallo tēporis is ignis interdū, vt in aethna, & aolijs insulis, aut cer-
 te aliqua subiectae materiae p̄derent argumēta. Moses Iosephus, & alij hebraicae vetu-
 statis scriptores, sodomitas aiūt gemorreos & alios q̄sdam finitimos p̄p̄os diuītijs ea
 tēpestare & ocio florētes, in omne libidinis flagitiū abiisse, ita vt mares vulgo mulie-
 bria paterent Atq; in tantū foedissima libidō omniū animos incesserat, vt ne ab hospī-
 tibus quidē violādīs abstinere, ob idq; coelesti flāma vno tēpore extinctos. Loth vir
 iustissimus, & ipse loci huius incola, vnus omniū cū cōiuge & liberis ea clade serua-
 tus. Is coelesti prius voce iñonitus, se suosq; in nūmeri periculo subtraxit. Incidit So-

ABRAHAM SO.
60 128.

ISMAEL

ISAAC.

ERRORES varij
de Circūcisiōe.

Gracis scriptorū
de q̄flagratione So-
domae opinio falsa.

SODOMAE excisum.

LOTH

Tempus 9thraam
3272. domæ & aliarum huiusmodi urbium deflagratio, quando tempus haud diserte ponitur, in annum fere alterum ac septuagesimum super ducetessim ac ter millesimum ab orbe condito, qui christi regis aduentum praecessit annos mille noningentos septem & viginti. 1927.

Habraam ex Cananea in palestina terram profectio. Vbi e coelo iussus est filium suum Isaac immolare. Sarrae & Habraami interitus, Isaachi cum Rebecca connubium.

Caput XVI

*Abraham filius sui
Isaac immolare
iussit.*
S Vbi ipsum Sodoma excidium Habraamus ex cananea terra in palestina cum vxore & liberis totaque familia migravit. Causa eius profectio non traditur quod sequimur. Hic ille aliquot annos commoratus coelesti est oraculo iussus Isaachum filium qui tunc ei vnico erat (Ismaele Sarrae gratificatus cum matre longius ablegarat) ad dei optimam aram immolare. Senex nouitate rei attonitus/ aliquod diu immotus constitit, mox iussa executurus iuuenem eorum quae pabant, ignarum in altum abducit montem. Morim loco nomen fuisse memorant, Hic Habraamus lachrimas filium iam robustum atque aetate praeferoce ceteris nihil reluctantem, postea quae numinis iussu sese arae admotum ex parte cognouit, humi praefectum colligat, ceterisque ad holocaustum paratis, iam cultrum iugulo admouerat, quum iterum superne est admonitus, iussusque caede abstinere. Iam satis probata deo esse ipsius pietatem, atque cum his hostia rite imolanda coelitus senis est oculis oblata. Genuit Habraamus plures inde filios non ex Sarra, quae eo biennio, quod haec apud Morim acta sunt, vita decessit, sed ex Cethura, quam illi superduxit vxorem, quorum maximum natum Aphrum fuisse memorant, Bibliaci libri Habraami eum nepotem fuisse significat, non filium, Madiaque procreatum, Aphricam, quia cum filiis in eam terram penetrasset, ab hoc ipso nominatam prodiderunt quidam, & in his Alexander cognomento polyhistor & Iosephus hebraicae vetustatis auctor. His porro diuersa graeci et latini scriptores de nominis ratione tradunt. Isaachus in successionis spem omnium diligentissime educatus, Rebeccam Bathuelis filiam ex Mesopotamia duxit vxorem, cum iam quadraginta natus esset annos. Inde haud longo interiecto tempore Habraamus fato decessit/ in Hebrone sepultus est cananae terrae, vbi iam antea Sarrae fuerat sepulchrum extructum, marito quadringentis siclis agrum redimete.

Iacob consilio Rebeckae matris vsus Esau praeripit benedictionem, Eius ad Labanem auunculum in Mesopotamiam profectio, vbi per quietem scalas in caelum surrectas vidit.

Caput XVII

*g. 18 cap. Iacob
ESAV ET IACOB.*

E X Isaacho habraami filio ex Rebecca Bathuelis filia Esaus et Iacob geniti/ perperio vno ambo nati. Ceterum, quia Esaus prior in lucem exiisset, ut hereditarium ei nomen gentis relinqueret, pater quum iam fatale vitae tempus appropinquaret, venatum ut exeat praecipit, sibique coenam ferinis carnibus oppipare instruat, ut quum abunde epulatus esset/ perpetuum fortunarum successum illi e coelo precaret, atque cum his haereditarium nomen traderet. Paret patris imperio Esaus/ ac spei plenus, utpote qui nullas vereretur insidias, sollicita indagine syluas lustrat, studioque feras insectat. Interim Iacob Rebeckae matris consilio vsus/ haeres a patre instituitur. Etenim quum gemini essent ita forte acciderat ut vterque parens vario vtriusque amaret affectu. Erat in Esauum propensior ille, contra in alterum Rebecca mater. Huius itaque monitu instructus, ex hedorum gregibus Iacob coenam seni quae maxima potest arte comparat, dextraque pellibus obuolu-

Atque Esauo Iacob benedictionem praeripit.

ta absentis personā mētitur fratris. Erat Isaachus iam luminibus captus/longæua iam ætate exacta. Cæterū quū aliqd omnino diuersum ab Esao Iacob sonaret, hispidaq; interim tractaret manus, aurium iudiciū secutus exclamat senex, Esau inquit teneo sed Iacob me audire arbitror. Satis constat Esau hispido corpe fuisse, quæ res effecit vt senex manū attractatiōe deceptus/omnia prius q̃ Esau domū reuertere bona a Deo minori filio precatus sit, eundēq; hæredē instituerit. Is vbi ea quæ se absente facta erant ex patre audiuit, irarū plenus fratrem israelem vocat, patris illusorem, insidiatorē fratris vociferatur. Mox vero vbi nihil eorū quæ facta fuerant mutari vidit, vel q̃ id facere nollet pater, aut quia nō posset, nihil obstitit vltionē cōminari. Quod mater vehementer verita Israël auctor extitit, vt in mesopotamiā transiret. Futurū pollicita vt in ea terra ab hominibus suæ familiæ (quæ tota fere regione ac carris maxime frequēs & celebris esset) benigne exciperetur, monstrare ad hæc illi magnā occasionē coniugis ex ea gente ducendæ, quæ propinquitate generis sibi p̃necessaria esset. Matris igit̃ suasu Israel (id enim nomen postea illi fuit) domo profectus/longū in Mesopotamiā iter ingressus, dum cananæorū refugit congressum, ob veteres cum patre inimicitias, per loca humano cultu deserta interdū faciebat iter, noctu fessum labore corpus quieti dabat. Hic quū longa fatigatus via sub dīo iacuiisset saxo capiti subiecto, per quietē scilas se videre imaginatus est a terræ facie ad cœlū surrectas, multosq; miranda specie iuuenes, & forma augustiore humana ascensum p̃ eā moliri, ac descensum moneri; interim sibi visus est cœlesti oraculo, pergeret in Mesopotamiam ire, sciretq; nuptias quas animo agitasset, nō solū prospere cessuras, sed miranda quoq; inde sobolis incrementa ad posteros ventura, eamq; stirpem per omnes terras celebrē futurā.

Quid Laban cum Israele pactus sit, Lya pro Rachel subiecta est, tandem vtræq; Israëlī matrimonio cesserunt.

Caput XVIII

N Ac ille nocturna fretus imagine postq; in Mesopotamiā venit ad labanē Barthuelis filium auunculū suū, quæ Garris habitabat decreto diuertit. Is sororis filium incredibili laticia cōplexus, vbi p̃fectionis ab eo causam/sororisq; consiliū accepit, confestim Rachelis filiæ adhuc virginis ei nuptias pollicetur, erat illa omniū Labanī filiarū formæ longe pulcherrima. Verū ne vt Rebecca soror per speciem cōnubij procul domo ablegare longioris morę causam cōminiscit̃, ita futurum ratus vt quicqd patriæ parētūq; desiderij in eo esset, longa tēporis intercapedine minueret̃. Paciscit̃ itaq; cū Israele vt septē ānos suas ille oues pasceret, ac tū ita fore vt Rachelis cōnubio potiret̃. Accepit iuuenis conditionē puellæ cupidus. Septem inde annos auunculo famulatus Rachelē sibi dari postulat, tum Laban vt longioris adhuc morę causam neceret, pro Rachele Lyanī maiorē natu facieq; parum liberali illi per noctē subiecit, quæ postea fraude animaduersa, auunculi perfidiā iuuenis incusat/q; nō consanguinitatē/nō hospitij iurā veritus, se post longam seruitutē optatissimo fraudasset cōnubio, ingrati quidem animi parūq; ciuīlis exemplū dicere pueriliter sororis filiū post longam ab eo nauatā operam sua mercede priuare, futurū, vt si apud mortales ea iniuriā multa esset, Diuinæ iusticiæ debitas quādoq; exolueret poenas. Pudere Labanē facti, suamq; in filias charitatē excusare, mox consulendo hortandoq; eo perpulit, vt sibi totidē adhuc ānos seruiret, demum fore vt Rachelem duceret vxorem, atq;

Iacob in Mesopotamia
miam ffrin

visio Iacobi per
somnium
Cap. 28
Die fuit

conubium Iacobi
cum Lya

Laban astutus

LIBER PRIMVS DE PATRIBVS

ita contigit/vt duas ex eadem domo Iacob duxerit sorores.

Occulta Israelis cum vxoribus & liberis ex Mesopotamia profectio/
Labanis insecutio/& vtriusq; reconciliatio. Caput XIX

Iacob domū mouebit

Causa Israelis discessus occultij.

Fœdus inter Laban et Israel

Iacob quū plures genuisset filios, miroq; patriæ ac parentū teneret desiderio, cum vxoribus & liberis occultā molitur fugam. Omnibus igitur ad tempus instructis cum Lya & Rachele liberisq; ac reliqua familia, magnaq; cū his rei pecuariæ parte stabulis abducta, fugitiuo similis secretū iter ingreditur. Credere equū est Israelē suū iccirco discessum occultū habuisse, quoniā haud dubie appareret fieri non posse, vt bona foceri venia liceret inde cum vtraq; cōiuge abire, quarū desiderium nullo modo esset pater laturus. Laban cognita suorum fuga cōsternatus animo, cum seruorum ac clientū manu haud contēptibili euestigio sequitur abeuntes, quos haud multo post affecutus/vix demū tēperasset iræ, nisi nocte quæ diē illū præcesserat, celesti fuisset voce monitus Laban, vt ab omni abstineret iniuria. Sub primū itaq; accessum (vt erat ira pārcitus) maledictis generū incessit, conuicioq; vrget q; se hospite/So cerum/Auunculū, a quo domo profugus nō solum grato acceptus esset hospitio, sed duarum etiam filiarū generascitus/cum magna stirpis parte, tum pprijs fortunis spoliare fuisset ausus, nullum supplicij genus esse clamitans, nullā tam grauem ignominiam quam perfidū caput nō meritū videretur, ac tum quoq; plura animo mouebat, quæ cæteris mortalibus postea documēto essent, nī pietatis & clemētiæ admonitus satius visum esset eam iniuriā ciuilitate ferre/q; vindicta prosequi, Iacob metu & pudore confusus, iustam foceri indignationē paucis est lenire adortus, patriæ parentūq; desiderium excusans, nec aliam ob causam suū ait digressum celari voluisse, q; q; certū haberet se nunq; ab eo cōmeatū fuisse impetraturū, pecorū greges, quos diutius pauisset iccirco a se stabulis abductos/q; sui peculij ex pacto hi greges facti essent, vt foret vnde duæ ipsius filiae/quas sibi matrimonio despondisset, liberiq; ex his procreati alimēta caperent. Flexit non nihil semel Israelis excusatio, sed multo magis filiae quæ ad genua patris obuolutæ, nepotesq; miserabili comploratiōe ita irati animū cōminuerūt, vt Laban data genero venia ad oscula et complexū admiserit, atq; inibi inter eos comparatū, vt Israel omne pecus quod præ se egerat bona venia secum abduceret, vxores & quos ex his liberos tulisset deportaret in syriam, fœdere inter vtrūq; iccto columna lapidea ibi loci constituta est, quæ rei gestæ monumēto posteris esset. Alij lapidū congeriē eam fuisse tradunt, Galaath ab re ipsa loco nomē māsit vbi fœdus est percussum, Secundū id fœdus se inuicem complexi inde diuersi abierunt,

Israelis et Esai fratrum congressus, Dina a Sichimitis ad stuprū rapitur, quod a fratribus cruentè est vindicatum, Isaachi & Rebecca interitus.

Caput XX

Etuere interim sibi nihilomin⁹ ab irato fratre Israel, pro magno itaq; habuit negotio priusq; domum veniret, quo ille esset in se animo explorare. Quū igitur patrijs finibus ppinquare cœpisset, ad Esaum nuncios mittit qui pro se illi satisfacerent, docerētq; se eo consilio post vigesimū annum cum vxoribus & liberis/multisq; rei pecuariæ diuitijs domū venire, vt se/familiā/fortunas omnes frater/næ fidei traderet, obliuisceret modo veteris simultatis, & si qua inde ira adhuc residua

esset, illam domesticæ pietati remitteret. Lætus eo nūcio Esaus cum quadringētis obuiam illi ire pergīt, quem ubi cohorte vna septum ad se venire Israel sensit, veritus ad iniuriā/non ad officium festinari, ex ijs quos tum forte circa se habuit, quosdam cū muneribus venienti fratri iubet occurrere, vt si fieri posset, prius eum donis caperet q̃ in cōspectū veniret. Verum ille quū pene improuisus affuisset, multis lachrymis præ nimio gaudio manantibus venientem excipit. Post vero arctissimos complexos mutuaq̃ gratulationē Esaus in Seyrum oppidum ubi domus erat illi & familia, Israel ad Scenas cum suis concessit, id postea loco nomen fuit. Vnde haud multo interiecto tempore in Sicimīten agrum trāstulit tabernacula. Hic Sicimītis solennē diem agens DINA tibus Dina Israelis filia urbem adiit, vt muliebria redimicula sibi emeret, hanc Sichēmes Emoris Sichimītarū regis filius conspiciatus, mala vitiandæ virginis cupidine incensus/ad struprum rapuit. Puellæ dein cōsuetudine captus cum patre egit, vt Dinæ nuptias sibi ab Israele & ceteris necessarijs impetraret, cupere se ait eam legitimæ coniugis loco habere. Petit indulgentissimus pater peregrinæ puellæ nuptias. Israel sibi tempus dari postulat ad rem maturius consultandam, tenebatq̃ adhuc ea inter domesticos deliberatio. Ferre enim pleriq̃ fratrum eam iniuriā agerrime, nec rem vulgo probare/vt Dina hominī alienigenæ matrimonio iungeretur, quum Symeon & leui vterinī fratres ira & dolore adacti, cum expedita pastorum manu/patre non modo non auctore/sed nec consilio quidem cum eo cōmunicato prima noctis vigilia ciuitatem vino & epulis grauem ac sopore pressam inuadunt, ibi facta cædes sine vllō atatis aut sexus discrimine per urbē, magna parte noctis edita est, multa inde strage egressi sororem exemplo crudelitatis ad posteros memorabili receptam ad patrē retrahūt. Is Sicimītarum clade audita vehementer indoluī, natorumq̃ temeritatē detestatus auctores cædis odisse/atq̃ vt impios aduersari. Purgauit inde senex tabernacula gentilibus sacris ad id nefas expiandum adhibitis. Sub id tempus quo hæc in Sicimītis gesta sunt, Rachel medio nixu extincta est. Ex ea Iosipus & Beniamin nati. Reliqua Israelis soboles ex Lya & duabus erat ancillis procreata. Rebecca filio nondū ex Mesopotamia reuerso vita decesserat. Quin & Isaachus iam æuo confectus, non multo postq̃ Israelē postliminio receperat est vita defunctus.

Iacob & Esaus tabernacula inter se partiunt. Iosipi duplex insomniū, occulta fratris de eo p̃dēdo cōsilia/eiusdē in ægyptū venditio. Caput XXI.

Ost huius Interitū filij superstitēs tabernacula inter se partiti sunt. Israel Ebronem ciuitatem sortitus est. Esaus Seyrum eius terræ oppidum, quæ Edome Edom vnde dicta. olim inde honestiore vocē Idume a græcis est dicta. Scripserunt quidam Esauum adhuc puerum inter æquales Edom, quod eius gentis lingua ruffum significet cognominatū. Vnde & loco quem tenuit postea sit nomen inditum. Procedente deinde tempore Israelis opes vīq̃ ad 30 sunt auctæ, vt iam vnus nomen tot filijs ad obsequium paratis/tot nepotibus/tanta rerum omnīū affluentia inter finitimos clarum esset ac longe conspicuum. Sed in tanta natorum grege Iosipus quem ille ex Rachel Iosera. tulerat, ingenio & indole multum alios anteibat, eratq̃ ob id patri omnīū charissimus, conflauit res ipsa puero inexpiabile apud fratres odium, ac quo maior in eo futura virtutis spes erat, eo ærioribus inuidiæ stimulis fratrum odia intendi. Sed nihil

Somnia Ioseph.

*Ioseph fratris Ioseph
consilia*

*Ruben dissuadet
fratrem impium fa-
ciunt.*

Pietas Ruben.

*Ioseph in puteum
demititur.*

*Ioseph extractus pu-
tis Ismaelitis ven-
ditur, gilio Iude.*

is secundū patris studiū beniuolentiāq; in vnū singularē æque suspectum esse, ac du-
plex infomniū species, quæ duabus est noctibus illi p̄ quietē obuersata. Ferūt priore
nocte eū per quietē vidisse omnis defectæ segetis manipulos, quos interdiu fratres in
agris disposuissent, vltro ad eos quos ipse ab illis haud multum diuersos statuisset ve-
nerabundos/ac quodāmodo supplices accedere, quam nocturnam/imaginem nihil
mali ex ea re sibi imminere ratus fratribus, vbi primum illuxit/retexerat. Secuta mox
altera adumbratio varia quidē figura cæterum ad eundē exitū pertinente. Imagina-
tus est puer sopore pressus, se a sole luna & stellis vñdecim adorari, qua infomniū spe-
cie vt priore illa temere vulgata, fratres coniectando eo prope modum peruenire, vt
haud dubie intelligerent, vt is cui talia per quietem obuenerant, fratrum totiusq; fa-
milie futurus esset longe princeps. Occulta igitur inter se de eo perdendo ineunt cō-
silia. Stabat sententiā puerum tollere, sed inferendæ necis neq; locus neq; tempus sa-
tis ab initio constitit. Placuit postremo id scelus a patris conspectu procul ablegare,
atq; in Sicimitem agrum cum omni rei pecuariæ apparatu tabernacula trāsferre. Hic
velut cōmodiora nacti pascua diutius solito adsunt. Miratur Israel senex tam lōgam
filiorum absentiam, miraturq; indies magis quæ res tamdiu illos procul d omo disti-
neret. Ad vltimū sollicitus de filiorum salute, Iosipum/quem interim circa se frequen-
tem habuit, ad fratres & pecus visendum iubet proficisci. Hi venientem conspicati,
confestim sese ad nefarium scelus expediunt. Tum Ruben natu maximus, subita du-
ctus pœnitentia, dubium facinus ne crudele & impium auersatus, an indignam pu-
eri miseratus sortem identidem cæteros monuisse dicitur, ne temere fratrem viola-
rent. Inhumane eos atq; impie facturos, si pueri infantis eodemq; patre procreati,
se cæde contaminarent. Quæ si neq; ætas/neq; fraterna pietas, eos ab infanda cæde abs-
terreret, respicerent longæui patris senectam, quam sublato puero certissimo vitæ
vinculo aut abrumperent, aut (quod non minus impium sit) in perpetuū luctum &
mœrorem coniicerent, oportere ad hæc eos meminisse omnium humanorum ope-
rum, nullum esse magis irritum q̄ fatali necessitati ire obuiam. Satis constare signa
illa futuræ foelicitatis in fratre diuinitus esse facta, monet, obsecrat, obtestatur, ne se
tam impio sceleri obligarent, ne eodem tempore patrem iam grandem natu, seipso
vniuersam domū nefanda cæde funestarent, Hæc Ruben. Cæterum alijs nihil secius
tumultuantibus, quum manifeste appareret a cæde reuocari non posse, eo illius ora-
tio decurrit, vt ne manus fraterno sanguine polluerent, sed in puteum qui proximo
erat loco demitterent, vbi inedia conficeretur. Placuit consilium, puerumq; obliga-
tis manibus in puteum deijciūt. Habuit Ruben in animo intempesta nocte eo reuer-
ti, puerumq; inde extractum vinculis liberare. Quod vt commodius fieret, in tumu-
los non nihil inde auersos, pecus in pabulum egit, vt fratrum oculos ab omni sen-
su auerteret. Suadet iterim Iudas fratribus, vt puerq; Ismaelitæ negociatoribus vende-
rēt, qui per ea loca Camelos mercibus honestos tū forte agebant, edocuit ille tutius
id consilium esse, ac minus detestabile futurum, affirmans vt in quacunq; deinceps
terra Iosipus perijisset, nihil ipsius mors ad fratres attineret. Assenserunt cæteri huic
consilio, Iosipumq; ex puteo receptum triginta nummis Ismaelitæ quidem negocia-
toribus vendidere.

Iosipus Christi figura/Vestis eius cruore foedata ad patrē fratres de-
ferunt/Lamentatio patris super filij casu, Caput XXII

AT quæ lapidum coagmenta tam bene vnquā inter se quadrare visa sunt/et fi-
gura hæc cum ijs quæ postea in Christo omnium rege euenerunt, Idem fra-
trum numerus qui inde fuit apostolorum/idem venditiōis auctor/idem pre-
cium/eadem omnia. Ruben intempesta nocte ad locum reuersus, vbi puerum sensit
abesse, nouo fratrum consilio perisse ratus, in luctum & mœrorem conuersus/eos vt
impios incusare, nec prius lachrymas absterlit/et ex his quæ facta essent/cognouit.
Tum Iudas & fratres vestem quā puero detraxerant/conscissam/multoque cruore fo-
datam, ad patrem deferunt cum lachrymis & multa lamentatione, nunciant incidisse
se in argumenta illa/& vestigia fraternæ mortis, vix tandem agnitam a se pueri vestē
laceram/multoque cruore fo-datam, arbitrari violētissime alicuius feræ incursu eum pe-
nisse. Senex nuncio atrocissimo perculsus, in subitum & miserabilem luctum humi
prostratus/Iosipi nomen cum planctu & clamore inuocat, Iosipum quarelis reposcit
Iosipum lamentatur, Te spes mea (inquit) solum per nemora & saltus tam procul ab-
legari oportuit. Ego humanorum casuum oblitus/sine duce/sine comite/sine præsi-
dio vlllo/in Sicimitem vsq; agrum te proficisci sum passus. Heu amentiam/heu obli-
uionem miseræ senectæ comites. Habeat iam luctum, habeat & lachrymas/perpetu-
osq; cruciatus inœelix senex, in quos sua est secordia prolapsus. Heu miserū/qui tan-
tum spei/tantum altæ indolis vno die mihi vniuersaq; familiæ ademi. Ibo ego, & hoc
quid inopis adhuc vitæ reliquum est, in tenebris perpetuoq; luctu & squalore transi-
gam, Hæc ille. Nec filij patrem circūfusi precibus/hortatione vlla acerbissimū do-
lorem queunt lenire, quin totis ille diebus/totis noctibus/seipsum affligere, neq; mo-
dum lachrymis neq; finem facere.

Vxor Potipharis Iosipum stupri compellat, Iosipi memorabilis pu-
dicitia, in custodiam idem traditur, Caput XXIII

IOsipus interea a Putipharē Pharaonis regis archimagiro in ægypto emptus
herili cura & indulgentia instituebat. Qui quum liberali esset facie/& iam per-
atatem adolescere cœpisset, Putipharis vxor eius amore eius incensa/signis pri-
mo/inde verbotum illecebris stupri adolescentem compellat. Auerſatur ille mulieris
intemperiem immoderatāq; libidinem, Postremo ne minis quidem compelli potuit
vt eam domum in qua tam clementer fuerat educatus/adulterio pollueret. Castigare
ob id mulieris impudentiam interdum eam precibus orare, ne pergeret vana spe seipe-
sam diutius frustrari. Constitutum sibi esse prius omnia extrema pati/et in Putipha-
ris optime de se meriti contumeliā muliebre libidinē explere. His illa adhuc magis
accensa (vt est muliebris natura contumax & in vetitam libidinē maiore quodā stu-
dio præceps) quum solenne sorte spectaculum in regia ederetur, subitā ægritudinem
causata, negat se eo die in publicum exituram, haud dubie futurū rata, vt viro cū om-
ni familia foris occupato, pociū adolescentis pudiciā domi expugnaret. Sola igit for-
lū appellat, ac nūc blanda/nūc minax/adolescentis animū varie oppugnat. Postremo
quū neq; p̄cibus neq; minis flectere, vt obsequēs sibi esset, ipetū in eum facit. Grauis
hic molestaq; colluctatio, inter duos orta. Hinc libido vi vrget/inde pudicitia resistit,

Ioseph typus Christi

Dolus filioz Iacob

Iosipus in ægypto

Ioseph castitas

Vide libidinosum animal

*Astutia mulie
bris.*
Allegit regem
humilis
impellit illa, hæc repellit, vult hæc vincere, vult illa, hæc ratione nititur, illa furore & amara. Stetit demum victoria unde debuit. Impudētissima femina complexibus adolescens solutus, relicto in eius manibus pallio/quo fuerat amictus, sese ad fugam expedit. Tū illa duobus amarissimis in femina stimulis libidine & ira accensa, viro domum se recipienti, cum lachrymis & flebili lamentatione occurrit, Nequissimus inquit seruus ille quem Putiphar prima charitate fouisti, & ut filium a pueris liberaliter instituissti, tui beneficii suæque fortunæ immemor, consortem tuam graui valitudine affectam, scelerata libidine/qua solus solam domi viderat, conatus est ad stuprum compellere, vix iniuria ab ægro corpore repulsa est, clamore & minis terrefeci, confuso deinceps sequi domo proripiet, ne ire posset inficias, pallium ademi. Quare te per coniugii iura, & per iugalem fidem oro & obtestor, ut nequissimum mancipium ad supplicium continuo retrahi iubeas, sit illius poena documento alijs, ne vnquam posthac similis fortunæ quisque audeat herili pudiciæ insidiari. Ostentare præterea vestem, sequi in ea colluctatione male habitam, atque multo indignius quam Putipharis coniugem decuisset ab eo vexatam lamentari. Hæc impudens mulier/aliaque ad inuidiam simulando, virum ad ultionem populit. Iosipus ut verecundo erat ingenio, nihil heram recriminari ausus, periclitari maluit/ut in auctorem flagitii culpam referre. In publicam igitur custodiam Putipharis iussu abducitur.

Iosipus pincernæ pistorisque somnia in custodia interpretatur, Idem duplex regis somnium de septenis & septenis bobus/ totidemque spicis explicat.
Caput. XXIII.

Somnia pincernæ
Ramus
Somnia interpretatur
Lucas
Interpretatur pistoris somnia
Corbes
Eorte accidit ut eodem custodiretur loco quo & regius minister. Erant inibi & alij plerique capitalium scelerum rei, sed cum pincerna regis per quietem existimasset se triplicem videre palmitem ternis præditum racemis, qui cum tempestiue maturuissent, essentque a se resecti & expressi, subito regi mustum propinasset, ille nocturnæ huius imaginis ambage confusus, ab ijs qui proxime iuncti iacebant/ sciscitatur, equid ipsi arbitrantur perplexam illam insomniæ figuram portendere, rem inde ut per quietem fuerat obuersata/ ordine explicat. Quærere cum ab alijs id regius minister, tum multo efficacius ab Iosipo, quem sub primo alloquium perspicaci sensit ingenio. Bono inquit Iosipus sis animo, Sane hoc triduo in pristina dignitate restitueris. Sed tu quum me verissimum somni coniectorem fueris expertus, fac rogo sis nostri memor, qui ob custoditam innocentiam ut nocentissimus custodior. Erat ibidem pincernæ conseruus, quem rex pistoribus præfecerat, Comotus is acutissima iuuenis interpretatione, age inquit & hoc mihi quoque, si potes explica. Ferebam ego per quietem proxime noctis tris cistas capiti impositas, panis duas, crudis olivis reliquam, Omnia importune volucres infestissimo volatu visi sunt diripere. Tum Iosipus, Velle inquit te meliora vidisse. Sed corbes illæ/ quæ panem habuere, bidui adhuc vitam portendunt, tertia (cupere rem salubriora significari) inevitabile tibi crucem comminatur, cui cadauer istud affixum obscenæ laniabunt volucres. Nec defuit tam huic quam priori coniecturæ euentus. Vterque biduo post verissimum est vatem expertus. Fuit inde Iosipus duos ferme annos in vinculis. Caterum, ne tantum ingenii lumen diutius in tenebris iaceret, viam ad meliorem vitam statim nocturna regis visione celestis providentia inuenit. Is duplici confusus somnio, coniectores/ & quicumque in tota Aegypto sapientia præstabant consuluit

vates. Cæterum, quum nullius responsum certi quicquid afferret, mandat Iosipum custodia educi, cuius ingenium tum demum ingratus minister vera prædicatione extulit, postquam regem de ea nocturnæ imaginis interpretatione vehementer esse sollicitum animaduertit. Viderat Pharaon quum altius dormiret septem boues hilari & pingui aspectu ab ripa Nili ad paludem aberrantes, quas septem alia deformi macie palustri loco emergentes exceptas conficerent. Mox vero imaginatus erat septenas se spicas cernere multa fruge conspicuas, & quæ iam secari poterant, eas totidem numero spicæ sterilitate insigni ex proximo occupare visæ sunt. Hæc per quietem visa quum rex illi interpretanda proposuisset, Age inquit iuuenis optime, & quantum vel prudentia vel diuinatione assequi potes, vera mihi cupienti enarra. Nec si qua tristitia mihi nuncian da sunt, ob id in occulto humana fata esse patiaris, omnia quidem te mihi præstitisse existimabo, quum tuis euentus dictis responderit. Tum ad ea Iosipus, Si qua ait rex ambigua huius coniectationis tractandæ peritia in me est, ex ijs quæ per quietem tibi sunt priore nocte oblata, eximia quadam septem annorum tibi tuorumque regno portendit feracitas, quam optime illæ boues cum frugiferis spicis inspectæ denunciant, est id animal agroꝝ cultui præcipue idoneum, telluris foelicitatem per eos interpretari oportet, cuius laticia causa erit Nili inundatio, vnde visi sunt boues illi emeruisse. Per spicas, quæ hilari erant aspectu, lætissimus septem annorum significatur prouentus. Cætera quæ his diuersa apparuere totidem annorum famem demonstrant, quæ vbertatem illam euestigio sequetur, nisi humana prudentia futuræ cladi eatur obuiam. Quod fatale malum vt commodius Pharaon declines/paucis demonstrabo. Vis tritici immensa est agricolis feliciore tempore superfutura. Dabis operam vt per sollertissimos annonæ præfectos quicquid supra sementem & vulgi alimoniam fuerit ijs reliquum tuo nomine coemptum in horrea congeratur, haud prius quam fames regnum inuaserit publicanda, atque ita fiet/vt ne iniquissimis quidem temporibus sit tuis vlla frumentariæ annonæ caritas sentienda.

Pharaon Iosipum annonæ præficit, Anima vinculo corporis parum soluta, quod in somno solet plerumque accidere, nonnunquam futura præuidet Iosipi coniugium

Caput XXV

Iratu rex adolescentis ingenium (Mouit enim vehementer illum peracuta vtriusque figuræ explicatio) præmaturamque in tam viridi ætate prudentiam complexus, nihil indigne visus est sibi facere, si totum coemundæ annonæ negocium in ipsum consilij auctorem reijceret. Vnum igitur publicæ frumentationi præesse imperat, superque eam dignitatem gestande purpureum tribuit/Psonthonque panicon, hoc est occultorum inuentorem nominat. Quidam mundi seruatores interpretantur Phasneophan vocem quam alij posuerunt secuti. Hanc in Iosipo futurorum diuinationem suorum temporumque peritiam in causa fuisse existimo, vt multum diuque postea hebraica genti fuerit curæ ex huiusmodi ambagibus quæ ventura essent coniectare, sed quum plures sint eorum species, quæ dormientibus, aut certe ijs qui dormire se putant/per noctem offeruntur (Sunt enim obscuris figuris inuoluta) ex his id quod somnium appellant, altiore quadam mente opus est, vt perspicue

B iij

Somniū Pharaonis.

Augurij Pharaonis

Iosipus somniū Pharaonis interpretatur.

Consilium Iosipus.

De somniis

quale sit intelligi possit, adeoque acris deinceps huius rei indagandæ hominū studia occupauit, vt gentile & pene peculiare postea iudæis fuerit somnia interpretari, verum eniūvero ita humano est generi persuasum/hoīs mentē ab vīculo corporis alta quiete sepultū paululum solutam, verum quod sua natura latet, nōnunq̃ prauiderē, & si nō libero & recto lumine/sed velamine quodam interiecto, quod nexus crassioris calligantisq̃ naturæ mentibus offundit, id sapiētissimi poetæ monstrant, & ob eam rem quædam etiam falsa obuēire arbitrati sunt, quo plane colligitur eo propius futurorum cognitioni hominis animū accedere, quo se liberius terrenis curarū vīculis expēdiuerit. Et illud in hac reputatione admodum mirabile/omnia vere melius q̃ seipsam rationalem animam intelligere, possetq̃ per quietē sollertissima visus acie preuiderē, quæ nullo sensuum comitatu queat/dum vna vigilant. Sed omnino magis mirū quæ obscuris futurorum tenebris velut in volucro quodā inexplicabili sint dormientibus visa ea ab aliquo recta coniectura explicari, quod obseruatione magis an disciplina fieri possit, vt in alijs nō facile dixerim. Ita in Iosipo diuinationem hanc fuisse, coelestiq̃ munere infusam propemodum affirmare contenderim. His Iosipus honoribus insignitus quum iam in multa esset celebritate, Pethephris Heliopolitani sacerdotis vxorem duxit filiam. Aurelius Augustinus Putipharem appellatū existimat, qui ab Ismaelitīs Iosipum emittit puerum, qui regis Archimagyrus fuerit/Heliopolitanusq̃ sacerdos ex Herili filia puer est Iosipo natus, quem Manassen nuncupauit. Id obliuio interpretatur, vt appareat ad fortunæ mutationem allusum, velut præsentī rerum successu omniū malorū quæ pater antea fuerat perpeffus/pars foret obliuio. Et ille per hæc foeliciter agebat.

Ingens fames in Cananæa, Decem filij Israelis in Aegyptum frumentatum proficiscuntur, pro exploratoribus compellantur, Ruben Iosipo profectionis causam exponit, In custodiam ducuntur, Symeonem pro vade post se relinquūt.

Caput

XXVI

Interim terrestris affluentię circumactō spacio dira annonæ caritas Aegyptum inuasit, quæ quo magis inualescebat, eo frequētior mortalium ad regis horrea fiebat concursus. Tum vero vno ore omnes longam frumentationem, quæ ad id tempus multis ludibrio fuerat immodicis extollere laudibus. Iam vero Cananæam terram & alias finitimas Aegypto regiones id malum premebat. Quo contigit vt Iacob audita regiē frumentationis phama, omnes præter Beniamin filios ad triticū inde coemēdum miserit. Erat is ex eadem matre ortus, quæ & Iosipus, omniūq̃ Israelis natōrum qui superant minimus natus, ob id fortasse est a patre domi retētus. Camelum singuli aut iumentū præ se agebant, vbi vero in Aegyptum venire, eos Iosipus intuitus continuo agnouit. Placuit itaq̃ non prius eos compellare/q̃ totius domus statum ex ipsis cognouisset. Minaciter igitur in eos vt peregrinos homines ac parum notos inuectus/exploratum eos venisse ait, non frumentatum fore vt ad vnum pro speculatoribus vincerentur/quæstionibq̃ adhibiti tamdiū torquerentur/donec tam longæ viæ causa esset illis cruciatu expressa. Ceteris igitur nouo crimine mox & pericu-

*Filij Israel in Aegyptum frumentatum
et ita descendunt.*

lo stupentibus/Ruben maximus natus. Neq; huc inquit speculatum venimus/neq; aliud curaturi negotium tam procul domo profecti sumus. Sed dira fames, quod ma-
lum omnia extrema cogit homines audere, terram nobis adhuc ignotam adire coegit. Est nobis Iacob pater cognomento Israel/vir Cananæorum iustissimus, ad quem quum nuper frumentationis huius phama peruenisset, quoniam nulla leuandæ pestis aliunde dabatur occasio, eo sane imperio quod in filios obtinet pater, voluit nos huc proficisci, ut bona omnium venia hic nobis velut ex publico emporio triticum emeremus, & ut frumentatio hæc aliquanto maior tutiorq; esset, pater vnum ex omni filiorum grege domi (dum hic frumētaremur) sibi voluit adesse, cæteros procul domo/procul patrijs finibus huc frumentatum dimisit. Vndecim eius filij sumus/olim bissenii fuimus, ac tum res nostræ satis prosperæ fuerunt. Cæterum vno cui Iosipo fuit nomen assumpto, domesticæ fortunæ iam inde in peius lapsæ, haud quidem amplius in pristinum restitui statum potuerunt. Pater senio confectus in perpetuo mœrore est, cuius luctus perpetuaq; lamentatio non minus iam inde (ex quo vnus ille perijt) totam domum afficit/q; tum suauissimi fratris inopinatus casus affecisset. Accessit his domesticis malis fames, qua adacti externa auxilia coguntur implorare, Et quid adhuc magis miserabile sit, ex regione iam antea nobis ignota. Quapropter tuam vir optime regiamq; fidem imploramus, ne nobis sit fraudi quod ex paulo remotiore terra auxilium vitæ imploremus, quum satis constet, multa animantium genera non terras solum, sed ignotas mundi plagas cum anni tempestatibus vitæ causa permutare. Multa quidem & magna audent aggredi mortales cæteris necessitatibus adacti, sed multo plura ac maiora fame & inedia compulsi. Iosipus duorum qui sibi longe charissimi erant/salute cognita, vehementer enim ab initio dubitauerat, ne Beniamin aliquo fuisset casu absumptus, quando cæteris venientibus vnus ex fratribus defuisset, tum velut postridie causam cogniturus, iubet eos in custodiam adduci. Lamentari inter se illi fortunam suam, actumq; de salute omnium arbitrari, diuinæq; voluntate id factum, ut in alienam terram mitterentur, vbi fraterni sanguinis meritas luerent poenas. Exprobrabat illis Ruben seuitiam impiamq; in fratrem conspirationem, qui neq; se audire voluissent, neq; parenti neq; fratri pepercissent, Venisse tempus quo cogitati parricidij/precijq; pro fratre accepti meritum expenderent supplicium. Iactabant illi hæc, gentilem linguam rati nulli hominum in peregrina terra præterq; sibi notam. Iosipus fratrum miserabili lamentatione motus/obrutis præ nimia pietate lachrymis/haud multo post mandat eos custodia educi. Quos ad suum tribunal accersitos in hunc modum vadatus est. Ut vno ex fratribus sibi relicto cæteri cum frumento domum abirent, atq; in argumentum eorum quæ dixissent/fratrem quem domi a se relictum prædicarent/ad suum conspectum adducerent. Eam rem argumento futuram veram an falsa essent, quæ in tam longæ profectionis excusationem attulissent. Illi etsi inuiti/necessitate tamen coacti Symeonem dedere, alij frumentum mercati non sine dolore & mœsticia abeunt.

Precium frumenti Israelis filiorum, sarcinis est illatum. Redeunt in

Aegyptum cū Beniamino priori precio & muneribus, adhibentur conui-
uio, sarcinā beniamini, argenteum poculum infertur, quem etiā exitine-
re retractū ceteri lamētabiliter sequunt̃.

Caput XXVII

*Cum fr̃s Ioseph
non agnouerit.*

*Rediit filiꝝ la-
rob in Aegyptu.*

*Quid Ioseph
fr̃ibus agat.*

Q Eterum priusq̃ inde, p̃ficisceretur, suū cuiusq̃ preciū pro tritico datū Iosipi ius-
su occulte omnium est sarcinis illatum, nec prius animaduersa res est q̃ sit do-
mū ventum. Tum vero stupor & admiratio ingens defixit omnium animos, se-
cum reputantiū quo modo id accidere potuisset. Sed quum multa animo occurrerent,
nulla interim Iosipi fratris subibat recordatio, quo credere æquū est, illum dum hæc fi-
erent, non multū inter fratres versatū. Eteñ nō video cur fieri potuerit, vt qui sapius
ī cōspectū venerit, nō aut voce/aut oris liniamēto sit a suis agnitus, aut cur ille minus
fratribus nobilis fuerit, q̃ fratres illi, nisi aliquis in maiore in puero q̃ i adultis credat
mutationē fieri contigisse. Quāq̃ peregrinus habitus ad p̃sonā dissimulandam haud
parum p̃fuisse videri potest. Nec Israel prius expugnari potuit, vt filium quem prae-
cipue amabat, in Aegyptū duci pateretur, q̃ ad id quidē necessitas compulit. Fame ite-
rum vrgente, duplici precio filiis dato, vt si forte id quod domum fuerat relatum, re-
stituere coacti essent, non deforet materia frumenti itez coemundi. Tulerunt secum
Israelis filij Balsamū, Staetem/Therebinthum/& alia munera, quorum Aegyptus in-
diga est, quæ annonæ p̃fecto, vt in recipiēdo fratre/recentioreq̃ frumentatione pla-
cabiliore haberent, dono darent. Vbi igitur eo ventum est, primū omnium excusant
illi suam iusticiam, q̃ siue casu/siue aliena fraude euenerit, ignari, domum pecuniam
pro frumento datam, secum deportassent, aiunt prærerea se Beniamin fratrem, quem
admodum iussi ab eo essent/adduxisse. Eumq̃ vna cum donis, quæ patris nomine
attulerant, ante tribunal statuunt. Ibi Iosipus suo affectu animi turbatus, cum lachry-
mis temperare non posset, in secretum/velut aliud curaturus sese proripuit, ac non
pauca animo voluens, ad nouam artem animum adiecit, qua Beniamin per speciem
iniectionis criminis apud se in Aegypto retineret. Incesserat præterea cupidō exploran-
di, essent ne in illum fratres meliore q̃ in se fuissent animo, an iuuenem in discri-
men adductum, procul domo sine p̃sidio destituerent. Vt igitur commodius rem
omnem affingeret, fratres hospitaliter inuitatos/coenæ adhibuit. Iam enim Symeone
recepto/absolutaq̃ frumentatione, haud multo post retro abiturī erant. Sed tantis-
per apud se discumbitur, occulte mādāt argenteum poculū in Beniaminis sarcina in-
cludi, in eos deinde urbem egressos, expeditos immittit equites. Mirari illi primo ad-
uentantiū fremitū, Verum vbi in se impetū fieri animaduertūt, nouitate rei perculsi,
suppliciter rogant, ne se prius iniuria afficiant, q̃ verbis demonstraretur quid ipsi me-
riti essent, q̃ ita hostiliter in se ruerēt, scire se nihil in quemq̃ deliquisse, quapropter
vim vllā metui oporteret. Contra regij equites p̃fidos hospites exclamāt, hospitalisq̃
mēsa cōpilatores, qui nuper pecuniā, tū demū argentū ex cōuiuio cui adhibiti essent/
furto subtraxisset, scituros haud multo post qd eos pati oporteat, qui tā p̃fide hospita-
lia iura læserūt. Hæc illi circūstrepūt, sūq̃ cameloz̃ dissectas sarcinas p̃scrutant. Ibi po-
culo apud Beniamin repto, ceteris metu & pudore stupētib⁹, eū velut ad supplicium re-
trahūt, sequunt̃ reliqui fr̃es cū mœrore & flebili silētio. Qui vbi ad Iosipi cōspectū ve-

nere, & cum lachrymis ad eius pedes prouoluti iacuerunt, Iudas ut vehementi erat ad dicendum ingenio, in hunc modum verba fecisse traditur.

Oratio Iudæ ad Iosipum, in qua multa ad ignoscendum Beniamino inducit, totiusque eius sapientiæ innocentiam affert. Caput. XXVIII

Oratio Iudæ

Sicut aut natura aut consuetudine ita inter homines comparatum esset perfecte vir clarissime, ut nihil ab istis qui in ceteros imperium & iudicia exercent, præter leges & patrios ritus spectandum censeretur, nec aliter quam ab euentu delicta iudicanda forent. Nullum certe locum nobis ad deprecandum hodie relictum putaremus. Verum nemo unquam ita humanitatem exiit, ut clementiæ, qua nullus magis homini convenit affectus, omnino factus sit immemor, ita sit ut in manifesto etiam crimine, quia homo apud hominem dicat, nemo fuerit unquam qui non ante supplicium, immo in ipso etiam supplicio non aliquid sperauerit. Verum si unquam spes clementiæ in miserabili causa miseris reis affuit, adest mihi hodie, adest & fratribus vir mitissime, vel quia apud te virum non solum sapientem/coelestique mente præditum/puerilem culpam deprecamur, vel quia natura quisque in propriis quam in alienis sit iniurijs exorabilior, nihilque haberi soleat gloriosius principe, aut eo qui in alios imperium obtineat impune læso. Oportet igitur cum ceteras virtutes tuas, tum clementiam ipsam, non deprehensum facinus (quod non magis per se turpe & detestabile est/quam a nostræ familiæ moribus & fama alienum) spectare/sed flagitij auctorem, qui ea sit adhuc ætate, ut quid rectum/quid honestum sit, haud omnino intelligat, omnia lura diuina & humana ignoscunt istis, qui quum a lege & æquitate aberrauerint, nesciant tamen se peccare, aut si sciunt non intelligant cuiusmodi sit illud in quo delinquitur. Consilium enim non euentus constituit crimen. Hoc quoque prudentissimus pater secutus priore frumetatione eum nobiscum venire non est passus. Ratus temere tam viridem ætatem omnis hospitalis iuris & officij adhuc rudem tam longæ peregrinationi committi. Quamquam ab æquitate tua suppliciter contedimus, ut identidem secum iniectionis criminis consideret rationem. Nam quod ad nos attinet/nullo modo persuaderi nobis potest, adolescentem rudem/timidum/nihil ambitiosum/nullius rei cupidum, id scelus non solum non perpetrasse/sed ne cogitasse quidem. Nec illud confestim præiudicio dandum/quia in eius sarcina sit poculum repertum. Sic nuper nos quoque totius rei ignari potuissimus in crimen deuocari, qui nobiscum tritici precium, retro deportauimus. Quod tantum abest ut nostra fraude acciderit, ut sub ipsum reditum nihil prius curandum duxerimus, quam ut ea pecuniæ summa tibi ex fide representaretur. Quin videndum potius quia peregre huc profecti sumus, & ob id indigenarum iniuriæ obnoxij ne eorum ars sit hæc/quibus nostram hæc frumetatio ab initio fuerit iniusta/iniquoque animo ferant, te summum virum dignitate & opibus florētem, comiter nimis & humane ignotos homines domestico conuiuio accepisse, tibi que famulari iunxisse hospitio. Quod ipsum quia ægre euenisse ferunt, ad tuum fauorem & studium a nobis alienandum hanc occulte calumniam nobis intenderint. Sed quoquo modo res habet/per quicquid vere pietatis ubique est/tuam clementiam suppliciter oramus, ne tam crimen spectandum putes quam nostrorum progenitorum virtutes/totiusque familiæ nostræ innocentiam. Fuit nobis proauus Habraamus homo (quod sine inuidia liceat dicere) omnium qui unquam in terris fuerunt iustissimus, quem in hac ipsa terra reges hospitio olim dignati sunt. Sapienter

tissimi sacerdotes ob egregiam rerum diuinarū humanarūq; sapientiā summo studio & honore coluerunt, qui praelari geometriā inuēti vestris maiorib⁹ author fuit, qui ob vetus hospitium & necessitudinem vicinarū vrbium assyrios hostes ad Iordanem fluuiū tumultuose victos praeda spoliavit, turpissimāq; fuga disiecit, cum quo ob rem praelare gestam duorum reges hospitium iunxere, qui cœlesti oraculo monitus, filiū um pro hostia immolandū diuinā arā admouit, mactassetq; victimæ loco, vt cœlesti pareret oraculo, nisi id fieri numen vetuisset. Is qui tunc altaribus admotus est nobis auus fuit, vir & ipse pietate & innocētia inter suos insigni, cæterū dignus q̄ tali esset patre procreatus. Ex hoc Israel, qui nos genuit, Cananæorū iustissimus, huius mirabilis senectæ miserearis obsecro, quæ longo alioqui mœrore multisq; lachrymis affecta, ob vnius amātissimi filij interitum, quē puerū adhuc cæterū praelara indole amiserat, si altero hoc vitæ lumine fuerat orbata, haud dubie breui sit vitā cū morte mutatura. Sed melior eius conditio cuius dolor diuturnus esse nō potest. Nos miserī/nos afflicti, fors nostra lachrymabilis & luctuosa, qui lege a patre accepta, vt sine hoc vno quem flenti & inuito abstraximus, nemo nostrū in patriam rediret, extorres/ignoti & inopes, procul domo/procul liberis/procul omnibus/quæ sunt mortalibus charissimā, inopia pressi & ægestate errabimus. Quare te per quicquid numinis in cœlo est quicquid religionis est in tota terra, per regium pharaonis nomen/per genium tuū pietissimum oramus flebiliterq; obtestamur, vt hanc culpam (si qua culpa in puero est) eam nostrorū maiorum iusticiæ ac pietati miserabili parentis senectæ/nostris lachrymis/nostris precibus condones, velisq; familiā vnā per te iterū seruari, vel si stat sententia puerum ad supplicium trahere, nos reliquos cum eō quando ita mori satius sit/q̄ ad exiliū & erumnas seruari/ad vnum tollito. Verum quoquo modo te nostræ lachrymæ affecerint, vix tantū spei in illis repositum habemus, quātum in tua pietate & clementia, qui duo affectus tantū inter alias virtutes tuas eminent, quantū tu ipse inter cæteros mortales dignitate polles & potētia.

Iosipus fratribus se manifestat, a Pharaone excepti cū muneribus i Cananā remittunt, ex qua Israel cū tota familia in ægyptū migravit, sedes ei ibi statuit, gens illa mirūimmodū auget. Caput XXIX

Iosipus se fratribus aperit.

Providentiæ diuinæ imputat fratribus impietatem.

QUā hęc Iudas dixisset, oēs cū fletu in illū manus intenderūt, hic Iosipus suorum lachrymis victus/simulatā ad id tēpus psonā ferre ampl⁹ nō potuit/arbitrisq; e medio sūmotis, Satis inquit habeo q̄ & patrē meū virū optimū adhuc in humanis agere intelligo/& in Bēiamin fratrē meliore sitis q̄ olim in me fuistis animo, q̄q̄ ne illud qdē vobis fraudi dādū existimo, sed ad diuinā refero puidētā. Deus ille optim⁹ q̄ humana disponit oīaq; suo impio regit, ita credo euenire voluit, vt fratrē te mere pderetis (pdidistis em̄ inquātū in vobis fuit) vt esset qui in sūmo vitæ discrimine vos/patrē/vniuersam domū tueret, agnoscite nūc fratrē, quē ex rachele Israel pater vester idē q̄ & meus genuit, ego a negociatorib⁹ q̄bus me vēdidistis/in hāc terrā adductus, ex seruo clarus & p̄potēs fact⁹/singulari (vt videret est) inter ægyptios polleo dignitate, habeoq; ipsi deo q̄ maxias possū gr̄atias, q̄ ita aliqn̄ euenire voluit, vt vn⁹ ex tot fratrib⁹ pierim, ne tota dom⁹ vno tpe p̄iret, p̄miseritq; nos hoc potissimū tpe opibus florere, q̄ & patrē meū virū oīm hoīm q̄ vnq̄ fuerūt/q̄q̄ hodie sūt/optimū & vos

¶ In illū mihi charissimos, inedia pene cōfectos tēpestiua ope iuuare, ad q̄s subleuādos
 larga dei benignitate nobis concessa est facultas. Cū ijs ille assurgēs cūctos ordine cū
 lachrymis & mutua gratulatione est cōplexus. Nec tam insperati gaudiij rumor intra
 vnius domus parietes se tenuit, sed in regiā subito delatus, Pharaoni nūciat vndecim
 annonae praefecti fratres adesse viros florēti aetate oēs. Eos Pharaon in regiā accersitos
 familiariter ob Iosipū cōplexus ē, ampliusq; muneribus donatos a se dimisit. Illi regijs
 muneribus largaq; frumētatiōe laeti, sed insperato nūcio adhuc latiores domū reuer
 si, oīa (vt gesta erant) patri ordine exponūt. Ille reduces filios patria pietate exoscula
 tus, vbi & Iosipū, quē diu luxerat, prater spem viuere audiuit, supinis ad coelū mani
 bus vbertim flens Deo optio maxio gratulat, hūc piū, hūc pijs, p̄piciū p̄dicat, mox ad
 filios cōuersus hortari coepit, multisq; p̄cibus obtestari, vt se cū tota domo ī aegyptū
 deportarent. Incredibile videndi filij desiderij senis animū inceserat, atq; eo magis
 cupiditas illa harebat animo, quo studiosius ab eo id postulātū acceperat. Magno igitur
 cōsensu Israelis filij, quū senis imperiū secuti, tū famē declinaturi, haud quidē mul
 to postq; domū venerant, cum patre/cōiugibus/sexq; & sexaginta liberis ac tota do
 mo omniq; pecuaria ex Cananaea terra in Aegyptum migrauerunt. Iosipus venien
 tem patrem cū multis, qui cū eo officij gratia obuiā processere, multa veneratione ex
 cepit. Phama tenet sub primū congressum prae nimio gaudio senem in complexibus
 filij subita laticia velut ruina quadam pene exanimatū. Inde senex, ad regem perdu
 ctus, familiariter ab eo appellatus, rogatusq; profiteri lōgioris vitæ quā adhuc agebat
 annos, trigessimū p̄fessus dicit supra cētēsimū, testat⁹ ad hanc Isaachū patrē suū & auū
 Habraamū multo seniores fuisse. Miratus vehemēter Pharaon est lōgissima vitæ spa
 cia ingēte. Sedes inde Iosipo petēte ad Heliopolim, q̄ sūt & Aegyptiace thebae dictae,
 Israeli & filijs data. Vbi soli oportunitatē nacti, gētili istituto pecus alere p̄seuerarūt.
 Fuit Israelitarū p̄genies in Aegypto lōgo deinceps tpe, Vbi supra modū aucta paula
 tim regū iniuria seruitio adacta est, iugoq; seruitij accepta oīa eorū in peius abiēre. Ni
 li aggeribus construēdis/alijq; insanis regū operibus adhibiti Israelitae seruiliter ope
 rari. Lōga fuit ea iniuria. Nec prius libertatis spes vlla gēti affulsit, q̄ Mosis viri sūmi
 ductu inde sit populariter migratū. Sed aliquot post aetates id fieri cōtiguit. Fuit annus
 ille quo Israel & filij Aegypti sunt terrā ingressi ter millesimus ab orbe cōdito quadri
 gētesimus septuagesimussecūdus, q̄ ducētesimus repromissiois fuit ac duodecimus.

Omnes Aegyptij reges Pharaones dicti. Pharaōis edictū ad oēm iudaeorū p̄ge
 niē extinguendā, Amiramis nocturna monitio de futuro duce. Caput. XXX

¶ IN Israelitica gente sub id tempus quo Indi in Aethiopiā p̄uecti, Moses dux &
 p̄pheta sūmus ex Amiram, patre iā septuagenario ē natus, cuius ductu iudaei
 ex Aegypto digressi sup̄bissimo pharaōis liberati sūt seruitio. Sed mirū videri
 possit, q̄ ad hūc locū omnes eius terrae reges iā inde ab Habraā tēporibus vna appel
 latione referant, quū si vnus interim fuisset, quēadmodū ex Herodoti lectione po
 test intelligi, quē illi Pheronē dixerit, manifeste appareat tot aetates sup̄esse nō potu
 isse. Ceterū praterq; q̄ bibliaci libri, Eusebius/Ioseph⁹/Augustinus sūt mihi ī eo ido
 nei auctores Manethonis Aegyptij sacerdotis cōmentarij scriptū habuere. Pharaōis
 appellationē oēs Aegyptios reges tulisse olim, quū suū alioqui nomē eēt singulis, q̄

*Pharaon fuit Ioseph
 suscipit familiariter*

*Iacob cū oīa familia
 transiit in Aegyptum*

Actas Iacobij

Sedes Irahingis

*Irahingis aucti ad ser
 uitū regunt*

*Anni migrationis in Aeg.
 3472 a mōdo gēto*

Mosis natiuitas

*Aegypti reges Phara
 ones dicti*

mos & in Persarum reges aliarūq; gentiū postea sit translatus, vt appellationem vni-
plures tulerint, quam scriptores secuti omnia posteris obscuriora reddidere. Requirē-
ti ad hanc mihi appellatiōis huius causam/vna potissimum coniectura subibat animū,
a Pharaō insula, quæ Alexandria obuersa iacet, Pharaonis nomen regibus ab initio
datum. Insula vetustissima quā Proteum tenuisse Homerus significare videtur. Pro-
teus Pheroni in regnū successit, illi inquā qui multas post Habraamū fuit ætates, atq;
eo Pharaone multo recentior, qui Habraamo fuit æqualis, Suspiciari libet phar-
ones ab Herodoto & alijs græcis appellari, quos Hebræi & quicunq; hebræos secuti sunt/
pharaones dicere maluerunt. Accidit igitur vt priusq; Moses nasceret ægyptiacus sa-
cerdos, oraculo ne instructus aliquo/an pphetico impulsus spiritu/incertū habeo, Pha-
raoni nūciauerit hebraico sanguine puerum nasciturū, qui multū regni opibus esset
obfuturus. Permotus Pharaō eiusmodi oraculo, vel (vt bibliaci libri tradunt) quia he-
bræorum gens multo numerosior videri cœperat/quā ipsi regi & vniuersæ ægypto tu-
tum crederet, nūtriri vetuit omnē virilē israelitarū stirpem quæ deinceps nasceret. Ca-
pitale futurum edicit si quis marem tolleret, obstetricibus ad hanc indigenis datur ne-
gociū, vt omnia attente explorarent, ne in cuiusq; puerperio fieret fraus. Nemi-
ni erat dubium totā iudæorū gentē, quæ adeo ad id tempus in ægypto creuerat, vt ad
sexcenta virorū milia in ea censerent/hominis ætate interituram, si omnis alterius se-
xus soboles in ipso vitæ ingressu fuisset extincta. Super vetus igitur turpeq; seruitiū cu-
ra & dolor tacitus iudæorū animos versabat, lamentari secum iniquā totius gentis for-
tem, cui super alias clades quibus indigne premerent, crudelissimi regis imperio om-
nis spes successionis adimeretur. Oculos ad cœlum tollere/numenq; suppliciter pre-
cari, ne populū veræ pietati addictū impij regis iniuria extingui pateretur, facere hæc
vulgo alij. Sed Amaramis vir in iudæis iusticia insigni omnium maxime (sic em̄ compa-
ratum est, vt præclara hominū ingenia nō præsentia solum sed futura etiā perspiciant,
sintq; eiusmodi homines de cōmuni salute præter ceteros solliciti) His ille curis an-
xius cœlesti voce visus est sibi per quietē moneri fore vt potissimū illud, cœli numen
cuius imperiū omnia sequuntur, quod per tot rerū humanarū casus Habraamum au-
ctorem gentis protexisset, quem ex inope & ignoto in Cananæa terra locatum diuitem
& clarum fecisset, intempestiuo sarram donasset puerperio anum sterilem & decre-
pitam, qui deus Habraami filio/qui nepoti/qui ex nepote procreatis toties dexter vo-
lentq; affuisset, qui miranda eidem genti annuerit olim/& dederit incrementa, idem
breui suo esset populo ducem daturus, qui ex suorum ceruicibus seruitutis iugū excu-
teret, fractisq; Pharaonis opibus per omnes esset terras suum nomen propagaturus.
His Amaramis bene sperare iussus/simul & illud discit patrem se mirandæ illius sobo-
lis futurū, daret modo operam procreationi, ceteris rebus fata ipsa viā inuentura. Læ-
tus ille nocturna specie rem cum lochabetha cōinge cōmunicat. Constituūt itaq; in-
ter se, vt cœlato mulieris utero quantū humana prouidentia cauere posset, partū quoq;
occultū haberent. Nec rei defuit euentus.

*Nativum sacerdotis
Ægyptiarj.*

*Impiū Pharaonis
edictum.*

*Seruum seu nocturnū
na visio Amaram.*